

DE PILULIS: 137

Croci ana drachmas sex;
 Amomi unciam unam, & semis,
 Mastiches drachmam unam:
 Ex omnibus cum Vino generoso mistis, massam con-
 fice in Trochiscos redigendam.

TROCHISCI SCILLITICI.

R Scillæ assatæ libram unam;
 Pulveris Radicis Dictamni albi . . . uncias octo:
 In mortario marmoreo subige, & fac Pastillos in um-
 bra siccandos.

CAPUT X.

DE PILULIS.

PILULÆ ANTISCORBUTICÆ

R Gummi Ammoniaci puri drachmas sex;
 Myrrhæ,
 Acori veri,
 Extracti Rhabarbari ana drachmas tres;
 Beccabungæ,
 Trifolii fibrini ana drachmas quatuor, &
 semis,
 Balsami Copaiba drachmas duas;
 Liquefiant simul Extracta cum Balsamo, quibus deinde
 cætera in pulverem trita admisceantur.

S

P I.

PILULÆ BALSAMICÆ SIC DICTÆ.

℞ Aloes violatæ unciam unam;
 Extracti Rhabarbari semunciam;
 Balsami Peruviani sicci,
 Benzoini ana drachmas duas,
 Croci,
 Myrrhæ ana drachmam unam;
 Extracti Opii scrupulum unum:
 Extracta Vini Spiritu dilue, tum ijs cætera pulverata
 commisce, & in massam redige.

PILULÆ CATHOLICÆ, SEU IMPERIALES.

℞ Aloes violatæ,
 Extracti Rhabarbari ana semunciam;
 Mastiches electæ,
 Cubebarum ana drachmas tres,
 Croci drachmas duas,
 Spiritus Vini quantum satis:
 Extractis Vini Spiritu dilutis igne lenissimo cætera pul-
 verata admisceantur.

PILULÆ COCCIÆ.

℞ Pulveris Hieræ drachmas decem;
 Trochiscorum Alhandal,
 Scammonii Syriaci ana drachmas duas,
 Turpethi,
 Stœchados Arabicæ ana drachmas quinque;
 Spiri-

DE PILULIS: 139

Spiritus Vini rectificati drachmas sex:
Pulverata in mortario cum Spiritu Vini cogantur in
massam.

PILULÆ DE ALUMINE.

R Aluminis puri semunciam;
Catechu præparati,
Sanguinis Draconis veri . . . ana drachmas duas:
Fiat omnium Pulvis, qui cum Albumine Ovi redigatur
in massam.

PILULÆ DE CHINACHINA.

R Chinachinæ pulveratæ . . . unciam unam, & semis,
Salis febrifugi Sylvii,
Extracti Chamædrys,
Absinthii,
Centaurii minoris . . . ana semunciam,
Theriace unciam unam;
Fiat massa dividenda in partes duodecim.

PILULÆ DE CYNOGLOSSO.

R Corticum Radicis Cynoglossi
siccæ unciam unam;
Seminis Hyosciami albi,
Opii ana drachmas duas,
Olibani drachmas sex,
Croci drachmam unam,
S 2 Bal-

Balsami Peruviani nigri quantum satis :
Opium separatim pulveratum ceteris simul tritis ad-
misce : tum Balsamum sensim adjice , ac tundendo
in massam redige . Dosis a granis quinque ad decem.

PILULÆ DE HIERA CUM AGARICO.

R Pulveris Hieræ unciā unā , & semis ;
Trochiscorum de Agarico pulve-
ratorum unciā semis ;
Commisceantur , & Spiritum Vini paulatim instillando ,
assidueque tundendo in massam redigantur .

PILULÆ DE SUCCINO.

R Succini albi præparati drachmas tres ;
Aloes Soccotrinæ drachmas sex ,
Trochiscorum de Agarico ,
Radici Aristolochiæ rotun-
dæ ana drachmas duas :
Pulverata cum Spiritu Vini cogantur in massam .

PILULÆ DE TRIBUS.

R Aloes Soccotrinæ ,
Agarici ,
Rhabarbari ana partes æquales :
Fiat omnium Pulvis cum Vini Spiritu in massam redi-
gendus .

PILULÆ MARTIALES.

R Aloes violatæ uncias sex,
 Extracti Martis unciam unam:
 Extractum pauculo Vino dilutum misce cum Aloe in
 pulverem trita, & tundendo in massam redige.

PILULÆ MERCURIALES.

R Æthiopis mineralis uncias duas,
 Terebinthinæ Cypriæ unciam unam,
 Extracti Ligni Guajaci,
 Aloes Soccotrinæ,
 Scammonii Syriaci,
 Resinæ Jalappæ ana semunciam:
 Fiat massa. Dosis ad drachmam unam.

PILULÆ DE AMMONIACO.

R Gummi Ammoniacy puri uncias duas;
 Aloes Soccotrinæ,
 Tartari vitriolati ana semunciam:
 Pulverata, & mista cum Spiritu Vini cogantur in massam.

LAUDANUM OPIATUM.

R Extracti Opii,
 Croci ana unciam unam;
 Succini albi præparati drachmas sex,
 Castorei Russienfis pulverati . . . drachmas tres:
 In vasculo vitreato Extracta pauculo Vini Spiritu dilue:
 tum ijs cætera commisce. Dosis a grano uno ad
 grana tria. CA-